

**S**icuti in magnarum rerum inceptiōibus (ut inquit Albertus in speculo) ex electiōe laudabilis horę minime libertas arbitrii coercetur, sed potius electiōem horę contemnere arbitrii pręcipitatio, non libertas existimatur. ita neq; in paruis omnino contemnenda censetur, atq; in his maxime, quę ex naturali elementorū complexiōe, ac syderū cursu eueniunt. Vnde medici, qui in ægri tudinibus sanandis, ac medicinis dandis, (ut inquit Alexander de ales. 2. parte summę quest. 3. ar. 6.) minime considerant motus corporū supercœlestiū, aut ipsi nescientes, aut aromatarij nō medici censendi sunt. Obseruare uero tēpus in his quę mere subsunt libero arbitrio, uel quę à nulla cœli ratiōe, uel elementariū rerum complexiōe, aut nulla temporis qualitate dependent, uanum, & superstitiosum omnino reputatur. ut ea quę de bisextili anno, uel calendis mensium, ac feriarum, uel etiam de dierum Lunę numero fatue prędicantur. Homo nanq; duobus regitur principijs (ut idem Albertus in suis mineralibus) natura. s. & uoluntate. natura subiecta est syderibus, uoluntas aut libera. Propterea (ut prędiximus) aliquę sunt operationes, uel effectus pure corporales, quę syderibus planè obediunt, tanq; secundis causis ad hæc, & ad alia à Deo cōstitutis, ut est sanitas, uel infirmitas, longa, uel breuis hominū uita. Alię sunt operationes mere, ac pure uoluntarię, quę terminos astronomicę potestatis excedunt. ut facere hoc uel illud bonum, uel malum, uel aliquid ad utrunq; uertibile. Alię sunt partim corporales, partim uoluntarię, atq; ideomistę. Vt facere iter, quod primum ad uoluntatem hominis pertinet, uel non facere. Quod autem ex eo itinere bonum, uel malum corpori eueniat, ut damnum, lucrum, honor, uel dignitas, hoc ex cœlorum influxu dependet. Item quia si quis regem, uel aliquem alium aditurus, lætitię tempus obseruat, ut illum petitioni suę facilem inueniat. Ira (quia constellatiō aliquāter disponit, & inclinā humanam uoluntatem ad hoc uel aliquid agendum) in hoc quoq; & similibus electiō horę laudabilis (ut plurimum) pręualebit.

#### Radices & fundamenta electiōum.

**N**on eligas primo, nisi natiuitatem, uel reuolutionem, aut interrogatiōis horam illius noueris, cui electiōem facere intendis: quia forte accipies ascendens inimicum, & contrarium radici natiuitatis, uel reuolutionis, ita quod dabis ei pro ascendente duodecimam, octauam, uel sextam suę radici: uel forte mouebis ei damnum uel malum, quod retrahere non poterunt fortunę, quas ei collegisti, quia forsan illę fortunę erunt inimicę, & contrarię suę radici, siue illa infortuna, quā debilitasti in electiōes tua forte erit significatrix in radice, te hoc nesciēte. Et sic

C